



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>

Coloniæ Agrippinæ

Benedictio Tabernaculi seu Vasculi pro sacrosancta Eucharistia
conservanda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233

ut hoc linteamen, tuæ propitiationis benedictione ✠, sanctificetur, ad consecrandum super illud Corpus & Sanguinem Dei & Domini nostri Iesu Christi, Filii tui. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *Resp. Amen.*

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, benedicere ✠, sanctificare ✠, & consecrare ✠ digneris linteamen istud, ad tegendum involvendumque Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi, Filii tui. Qui tecum vivit & regnat *Et c. Resp. Amen.*

Oremus.

OMnipotens Deus, manibus nostris opem tuæ benedictionis infunde: ut, per nostram benedictionem ✠, hoc linteamen sanctificetur, & Corporis ac Sanguinis Redemptoris nostri novum sudarium, Spiritus sancti gratiâ, efficiatur. Per eundem *Et c.* in unitate ejusdem Spiritus sancti. *Resp. Amen. Et aspergit aquâ benedictâ.*

Benedictio Tabernaculi, seu Vasculi, pro sacrosancta Eucharistia conservanda.

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Do-

mini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.*
 Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, majesta-
 tem tuam supplices deprecamur, ut va-
 sculum hoc, pro Corpore Filii tui, Domini
 nostri Iesu Christi, in eo condendo, fabrica-
 tum, benedictionis ✝ tuæ gratiâ dicare di-
 gneris. Per eundem Christum Dominum no-
 strum. *Resp.* Amen. *Deinde aspergit illud aquâ*
benedictâ.

Benedictio novæ Crucis.

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Do-
 mini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Do-
 mine, exaudi orationem meam. *Resp.* Et cla-
 mor meus ad te veniat. *Vers.* Dominus vo-
 biscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

ROgamus te, Domine sancte, Pater omni-
 potens, æterne Deus, ut digneris benedi-
 cere ✝ hoc signum Crucis, ut sit remedium
 salutare generi humano, sit soliditas fidei,
 profectus bonorum operum, redemptio ani-
 marum, sit solamen, & protectio ac tutela
 contra sæva jacula inimicorum. Per Chri-
 stum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Alia